



[Faint, illegible handwriting on a blank page, possibly bleed-through from the reverse side.]



60

RECTORATUS SECUNDUS

*Admodum Reverendi, Amplissimi, &
Excellentissimi VIRI*

DN. VVILHELMI LYSERI, SS.

Theol. D. & P. P. longè celeberrimi,

VVITTEBERGÆ

XV. Cal. IXb. clō Iōc XXXVI.

Carminē votivo

celebratus

ab

JOHANNE NOLLIO Torgensi,

ejusdem perpetuo debitore & cliente.

Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI Siegel.



RECTORATUM
ACADEMICUM
DR. D. WILHELMI
RECTORATIS SECUNDUS


Erhalten Juni 1811
Anno Domini 1811

DR. WILHELMI LYSERI SS.
P. Theol. D. & P. P. longè celebratiss.

VITTEBERGAE
XV. Cal. IX. b. cl. 1811 XXXVI
Cantone vovivo

JOHANNES NOLLIO TORONTO
quodam perpetuo habere & licentia
Vitis Johannis Christi est Sicut





IN
RECTORATUM
ACADEMICUM
Dn. D. VVILHELMI LYSERI,
Carmen votivum
JOHANNIS NOLLII.

Post litui strepitus, diriq; tonitrua belli,
Et fremitus equitum, latèq; cubantia Martis
Castra, sibi summus quà Vesper obitur & Eos,
Et freta non uni surgunt spumantia Phæbo;
Seu tibi Riphæo Germanis proxima cælo
Infringas ipsi vires, & viscera turbes,
Prælia seu facias multos paritura triumphos
Ad fera civili Francorum jugera ferro:
Seu vicina domi tete Hungaris arma fatigent,
Terreat & misero pubes Otomanna tumultu:
Sive suos gelido sub sydere Menalis urse
Interitus Brenni doleant prælustria regna:

A 2 Quis

Quis Deus Albiaci sanctissima scepra Lycæi
Et tantas tibi credit opes? dum Delphica fasces
Immutant veteres suffragia, & alma novatis
Destinat Imperiis alias cortina secures?
Ingens Lyserides, nova Magnificentia gentis,
Quam super antiquum generis decus inclyta cla-
rari

Gloria nobilium studiorum, & munera mentis,
Quæ fame ingremio sita felix Diva per auras
Abripit in populos, & ad instar numinis horret
Orbis, & immunda leti contagio remota,
Posteritas habet, & sæcli secura vetustas.

An, velut Amathiis Iuvenem præfecerat oris,
Ora coerceri sonipes fatalia pessus,
Arguit Imperium Majus, seu scepra Darii
Lætius hinnivit brutum, fallaxq; caballus
Augustum dictavit iter: vel basia patri
Librata Aoniis donarunt nomina regnis?
Dextera num bello, & virtus feliciter audax
Has peperit laudes, vel vindice sobria ferro
Hos tui os Fortuna dedit? num patria poscit
Purpurate, Proavumq; subis molimina princeps?
Præficeris Phœbi solio, Regemq; salutat

Te

Te decuplex Doctrina suum; nec jura minorum
Exequeris mandata Deum, quin iudice flectis
Saxone pacatum solidis Virtutibus Orbem.

Scilicet assertor Patria, Septentrio terror
Istetuis, nostris Dux insuperabilis armis, (eton,
Dum redit ad pugnas, & iniquam ulciscitur Ar-
Librat & ancipitis prudens discrimina Martis
Palladium procurat opus, Tritavisq; reperte
(Doctrina ingenuum, & sancta pietatis ad usum)
Expendit momenta scholae; se praeside tuto
Saxoniam manet alta salus, nec Marte secundo
Dissona Barbaries sibi corripit omnia, & artes
Odrysius nostris Musarum exterminat oris.
Hoc opus, hic labor est Patri: geminisq; triumphat
Saxonia auspiciis; nam cum manus altera belli,
Altera Atheneae versat commenta Minervae.

Eusebies tibi Lux, mundi Cor, lata secures
Iam confert Schola nostra suas, pariliq; curules
Majestate beant caput, atq; augusta potestas
Immortale sibi decus est, est fama perennis
Nominis, & leti fines quodcunq; relinquit.

Ardua Leucoreos lassat sapientia montes,

Cecropiiq; sua multum veneranda senatus
Doctrina delubra novo sibi jubila plausu
Effingunt, sanctis aris, foribusq; Lutheri
Oreas illustres nostra hac suspendit olivas.

O Divum auguria, & magni responsa senatus,
Iusta quid oculi nonnunquam sanctio fati
Non sibi decernit, sanctiq; licentia cœli!
Sed quod inexplicitum fibras mihi verberat omen?
Ab tibi flos Sophies almi panduntur honores,
Prodit & arbitrio lux, hæc lux aurea fausto,
Quæ nova Magnifici secum fert nomina juris.

Hæc rerum, cœliq; vices mortalia sæcla
Quas sapimus nunquam, nulloq; addiscimus usu.

Nuntia votorum super æthera fama volatu
It celeri, & magnum sermonibus occupat orbem,
Et movet Aonios audito præside lucos.

Concinuit felix Helicon, sic: ire per ora
Nomen in æternum Sceptra mens ignea donat.

Ad tacitum gemino clementius æra dorso
Erigit ascensum Parnassi sanctior umbra.
Dulceq; formatis aperitur floribus anceps
Frons Pindi, palmâq; Sinaidos arva recenti

Ridens

Rident & steriles olim, nunc Hermonis agrī
Fertilitate vigent, mollesq; laceſcit Hymettos
Flos, quem nec Boreas, nec Sirius aſtibus uſſit.

Fons Aganippa à Permeſſius in ſuper undā
Purius electro tempe Pimplea bicorni
Interpuncta jugo perrepat, & alta ſuſurro
Somnia labenti ſuadet, quin virgine lymphā
Sufficit irriguos potantibus ipſe liquores.

Et jam florilegas iterum videt Hybla cateruas,
Milia rapturas thyma, dum Rex cerea major
Caſtra movet, gratoq; canit tuba claſſica bombo,
Mellifer & liquidis exercitus obſtrepit herbis,
Et labor exercet raucum ſub frigore murmur,
Viſ faciant ſeculis Heliconia mella futuris.

Letior en gravium tandemgens omnis honorum
Advolat, & ſancto teſtatur gaudia ovatu,
Imperii praſaga novi. Pars carmina fundunt,
Pars vinum, Ambroſiasq; parat: pars florida
gaudens

Ornamenta ſacrat capiti: pars nectare limen
Irrigat, & paſſim fragrantia cinnama ſpargit,
Cinnama ab antiquo dudum durantia Belo,

Persa-

Perfarumq₃ adolet lucos, & balsama crassa,
Balsama vel sanctæ vulgò nascentia genti.
Thuraq₃ odorato tantùm sudantia ligno,
Galbanaq₃ & casiam, Tyriumq₃ immunis amo-
mum

Dat, myrrhasq₃ sacro lacrimatas cortice plebes.
Atq₃ aliquis tepidi quo fortè rosaria Pesti,
Rorantes croceis vel Adonidis ignibus hortos
Intraret, rutilos inserta recentia flores
Subsecuit. florem Veneris qui purpurat auro,
Et violam & Narcissum, & purpureum chrysan-
Adehit, & calathis ridentia lilia plenis (ihum
Promit, & acceptum festis solennibus adfert.

Quæ licet Autumni invideat sub frigore cælum,
Sunt tamen hyberni quæ provida carpserat anni
Cura, memorq₃ sui, florenti sydere veris.
Jamq₃ aliqua prodesse velit, seu Vesta superbit
Mater in auricomis quoscunq₃ negaverat aestas
Floribus, aut roseâ, quod habet, vestita pruinâ
Candet, & augustos reficit candore penates.

Nec minus Æolii quorum sub numine surgit
Oceanus fratres, & inulta cærula puppes

Æquo-

Aequora decurrunt, compresso murmure fontes
Tranquillis siluere undis: visosq; tridente
Omnia purgato cesserunt nubila caelo,
Nigrantesq; globi. Vestris nova sydera sceptris
Parturit, obscurosq; ignes extrudit Olympus.

At cathedram facie conspecta, & pectore puro
Apparat Eusebie, & velamina candida festis,
Barbaricasq; insternit opes, quae veller a Seres,
Et quae mutantur Tyrios bis cocta rubores,
Seu picturato distinguit murice gemma.

Omnia magna, rubroq; super discumbitur ostro.

Gratia nec poterit triplex ab honoribus esse
Istis, sed varias texens Aglaia coronas
Implicat Idaei quondam quos limina montis
Videre, & Zephyrinatos spiramine flores,
Frigore non ustos, tumidiq; caloribus Euri,
Perpetuo sed vere novos. At dia Vetustas
Felices longis placido moderamine fastis
Inscripsit lucas, canout sibi ruminet ore,
Qui labor & Virtus, & honos te manserit unum.

Nam velut in patulis alni datus Arbiter undis,
Seu fuerint Mynice iuvenes, per Nerea primum

B

Pha-

Phasidos ad gelidi quos Pelias auspice vento
Vexerat arbor aquas; seu longa per aquora for-
tem

Qui tulit Aeneam, Troja dum primus ab oris
Lavinio celerem relegaret ab aggere navem,
Effusus Lybicas insons Palinurus in undas:
Assidet intrepidus clavo, remosq; ministrat,
Jam prudens ventos explorat, & aëra totum
Auribus intentus stellis examinat, & jam
Linteas suspendit malo famulantibus Euris,
Iamq; iterum relegit: seu flectere Iapygis ora
Qualis equi doctus, si vel de crimine natus
Lemniacus flexos heres qui prendere franos
Instituit primus, vel lentis aptior armis
Automedon, fallax animi seu Myrtilus ante
Quam nova Myrto fecisset nomina Ponto,
Dat fluida in curru praesens modò lora secundo,
Atq; modò admissas iterum arte retentat habe-
nas.

Nunc calidæ domitor tibi colligis ora juvenæ,
Rursus & effundis. Nunc spernitur irata tacendo,
Et quibus immutat fervens insania mentem

Hos

Hos mora parva domat. Nunc principis armiger
horret

Iussa furor, frendentq; tuo sub numine Diræ.
Fræna recusantem, & spirantem naribus ignem
Stentora constringis, cultu intractabile monstrum,
Quotquot & ira rapax Circei graminis instar
Pectora degeneri facit obbrudescere vultu,
Cœlestemq; animum stupido sepelire veterno,
Digeris, ut celebret virtus se pristina rursus
Mota loco, & sanæ redeant in pectora flammæ.

Alcinoi Lapithæq; truces tua sceptrâ verentur,

Et grave subductâ formidant fronte serenum.
Si cœlo insultent immania corpora Aloïdæ,
Enceladusq; ferox, & jungere Pelion Ossæ
Attentent nati cœlum rescindere fratres,
Obviaq; eratis si vexet fulmina tergis
Ægeon fixis ad centum corpora squamis,
Et jam Majestas Divorum augusta vacillet,
Regnumq; æternum, fortem Typhœa telo
Fulminis ad fundos dejectum volvis ævernos,
Et Tityi crebro rimantur viscera morsu,

B 2

Dila-

Dilaniantq₃ jecur nusquam mortale volucres.
Non alium illustri quondam splendore trium-
phos

Ducentem Oenotrii fines, & Martia Roma
Conspexere Ducem, quoties Tarpejas in arce
Ipsa coronato veheretur curia curru,
Et rigida tremere fasces ante ora triumphi.
Te quoq₃ Pierii regalia nomina regni,
Virginensq₂ Helicon, & tantis amula signis
(Sigalea & clypei virtutem insignia forment)
Sceptra manent, celsusq₃ situs, triplexq₃ corona
Talia sunt Phæbo, sunt ipsi obnoxia corda,
Quiq₃ Deum testetur honos, & numina cultus.

Temporis ac rerum sapiens Tu jussa senatus
Sanâ Augur ratione regis, tantiq₃ superbum
Nominis arbitrium, Majestatemq₃ verendam
Ipsa verecundis declinant momina causis,
Temperiem servant oculi, & sibi fingit ad omnes
Semper in offensas generosa Modestia voces.

Advolat ad tanta triplex præconia fame
Mundus, & æternos satagit celebrare penates
Adjuga Leucoridum. Veniunt, quos Brussia na-

Terra ferax Cereris, fecundaq; melle ministrat,
Geldria quos nutrit, Franciq; & mustea Moeni
Pocula qui potant, & fortia secla Sicambrum.
Hungara quotiellus, quot & altis Hassia sylvis
Educat, & gelidis torret Norwegia Cauris,
Tot venere tibi, vestris sub legibus optant
Tot pacem, jurantq; fidem, dextramq; reponunt
Frisia quos sudo natos dis mane salutat,
Adserit & proprium Slesis deperdita civem.
Genua Liger, potoraq; Nicri, Scotusq; Gothusq;
Tangunt, & nobis affinia nomina Cimbri.

Sic mundi soboles sub te jam praeside captat
Olia, & ingenuis audaces artibus annos
Mancipat, inq; omnem messis tua funditur Or-
bem.

Barbara mille tuas en! Numen adorea vires
Irradiat, magnisq; procul sacra pulpita turgent
Vultibus, & princeps ultrò se purpura subdit.

Quicquid Erechtae studiis patuistis Athenæ,
Nequicquam est, portus poterant quoacumq; Cle-
anthis,
Socraticiq; lares, simulacrum in nubila cessit.

Talia non sanctus Triados scrutator & aethra,
Quando salutiferum terris commendat Olympum,
Caelestesq; odas & magni nomina CHRISTI.

O animum aeternum qui Spiritus entheus urget
Inte, sive mali castiges crimina vulgi,
Seu Superum mentes, & caeca oracula pandas,
Destillesq; fidem caeli LYSERIASVADA
Sanguine fundatam pelagi terraq; potentis.
Nam velut ignifero labentia tempora motu
Digerit, & terras obiens opera omnia lustrat
Sol oculus mundi, multâ pariterq; nitorem
Utilitate probat, trabeis victricibus artes
Quas Rex cunq; novis summus moderare lupatis
Ipse Magistratus dicis, monimenta q; rerum
Tanta tuis & tot socias aequissima curis.

Ecce tibi letis Musea cubilia votis
Fervent, & multis Doctorum fama theatris
Confluit, & summos labor invidiosus honores
Ostentat. Themidos tecum delubra sacerdos,
Et sua qui Coo quondam solennia fecit
Sacramenta Deo, plausuq; sonoq; frequentant,
Ipsaq; quadriugis altè Sapiencia rhedis

Per-

Fertur, & emeritum communia puncta salutat.

Nunc supera Imperii dextro pede munera cœ
Et quascunq̃ tibi sacrat censura quadrigas,
Suscipe adorandum nomen, trabeasq̃ sequestres
Felix atq̃ iterum felix, sibi sanctior ardor
Majus alit pignus, quam nobilitatis a vitæ
Ornamenta tenent, ac incrementa minantur.

Multa cano, sed vera cano. Volventibus annis
Fatorum Aonias iterum tibi sydera virgas,
Et Superum excelsas spondent suffragia sedes.

Nos tua votivis plebes advolvitur aris,
Magnaq̃ Leucorei veneramur Numina cœli,
Et mille insequimur fasces pietate secundi.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.




✓
00 A 6436

ULB Halle 3
004 931 300


KD 18







B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

60

US SECUNDUS

rendi, Amplissimi, &
ntissimi VIRI

MI LYSERI, SS.

. longè celeberrimi,

EBERGÆ

clo lœc XXXVI.

ine votivo

celebratus

ab

NOLLIO Torgensi,

tuuo debitore & cliente.

CHRISTOPHORI Siegel.

